Iustificationes tuas requiram: ac si dicat: fortissimum iustificationibus Novi & Veteris
ideo tuas quia ut in corde eorum & iustus sum. Vere quod puerum & stultum desiderium quod
non nisi gratia & veritas Christi quia ut eam custodiat omnia ... repetit

Clamavi ad te salvum me fac. Ut custodiam mandata tua.

Hoc exponens quod quo exaudiri se primus clamatum velit, scilicet pro salute: quam utique Christus
attulit, plurimum autem & lex non habuit. Neque enim custodiri possunt mandata dei
nisi quis primus salvus fiat per salvatorem Christum a peccato. Ut Angelus ait Ioseph
eum salvificaret populum suum a peccatis eorum. Ideo dicit Salvum me fac. ut custodiam ea
Ad hoc quo salvus est ut serviat sibi. Ac per hoc utique se confitetur infirmum
miserum captivum & sub lege peccati esse. Quod & omnis humilis facit. Non tamen
incipiens sed & perficiens. Superbus autem hoc negat: quia sibi salvus & sine peccato
videtur unde neque clamat salvari ut custodiat mandata tua quia custodisse se putat &
servare sibi videtur. Nos autem Non sic Sed semper sumus salvi quoad ea quae
habemus & pergimus incipiendo. Sed ad ea quae ante nos sunt & in quae extendi
habemus nondum salvi sumus sed infirmi captivi miseri. Ideo & ibi
clamandum est pro salute. Nam & iste populus qui hic clamat Non erat sine
salute & luce & gratia. Sed futuram nondum habuit. promissam: ad quam tenebatur ha-
bendam quaerendam desiderandam. Tenebatur enim clausus in fide revelanda. Ita
omnis sanctus in medio erat habiti & habendi ut sic sit gratia pro gratia & proficiens
in nobis de claritate in claritatem. Et qui hanc posteriorem neglexerit priorem quoque amittet
& murmurabitur ut filios Israel qui exeuntes de egypto: reverti potius voluerunt
quam proficere voluerunt. Igitur est clamandum & nunquam arbitrandum apprehendisse ut
custodiamus mandata dei & observantes & custodivimus omnia ante ...

Praeveni in maturitate & clamavi: quia in verba tua supersperavi

Quasi dicat praevenire debeo clamando! Sed non simpliciter praeveni. Sed in maturitate.
Nam nondum erat dies & tempus gratiae sed adhuc immaturum & valde mane quia
fere incipiebat nox legis finiri & prope erat ortus nove legis: Ideo licet sim
in tempore nondum apto ad clamandum: nondum datus spiritus qui clamat nondum revelata gratia
& evangelio Nihilominus clamo. Et hoc quia promissa tua habeo. In verba tua su-
persperavi: promisisti enim Christum & gratiam eius: ideo praevenio quod ante data & exhibita
sed utique indignus sum: tu tamen verax es quod promisisti. Neque ideo praevenio & clamo
quia debitor mihi sis aut ego meruerim aut dignus tanto munere. Ergo hic non
Praevenire praevenire sed legitime venire debita possent. Sed quia sperans in verbum tuum. Ita hic
penitentie facit me audacem Ut ante merita & intempestive petere. Unde
an hec non sunt verba devotissima humillima & preparatissima ad orandum.
hoc totum pulchre figuravit Maria Magd. ad sepulchrum immature veniens
cum adhuc tenebre essent. Ita Moraliter Nos omnes sumus praevenientes immature
quia ad ea quae nondum habemus: in quae nos proficiendo extendimus: sumus indigni & gratis
accepturi. Sed quia promisit. qui petit accipit qui quaerit invenit. ideo tamen meritis
nostris de omni penitentie confessi & audaces sumus in verbum eius supersperamus. Ut Accipiendi
ad quae accipienda nos intempestive praevenimus & nos ante meritum accedimus